


PARS PRIMA
COLLEGII CHEMICI.
DE
HISTORIA ARTIS.



OMEN quidem ipsum quo appellatur A R S , De nomine
C H E M I A , græce χημία , vel χημεία scribitur. Id ARTIS.
vero antiquum adeo , ut ætate antediluviana jam
usurpatum putetur.

Ita sane credidit Zosimus Panopolita , cujus in-
edita manuscripta græca Georgio Agricolaæ anno
1550. jam nota , & dein in bibliotheca Serenissimi
Galliarum Regis , Josepho Scaligero & Oloa Bor-
richio lecta , notabili certe loco hanc opinionem firmant.

In libro namque qui inscribitur , χημίας Ζωσίμου τῆ πανοπολίτε φιλοσόφου
ἐκ τῶν πρὸς Θεοσέβειαν ἐν τῷ θ τῆς Ἰμουθ βίβλῳ , diserte narratur , Artem
a Dæmonibus filiabus hominum traditam in pretium amoris , χημίων
καλεῖσθαι : ita quippe sonat textus a Josepho Scaligero lectus , atque insertus
notis ad Græca Eusebiana , pag. 243. 258. n. 38. & a Borrichio , contra
Contingium , pag. 49. φάσκουσιν αἱ ἱεραὶ γραφαὶ , ἧτοι βίβλοι , ὃ γυναίκα , ὅτι
ἔστι τι δαιμόνων γένος , ὃ χρηταὶ γυναιξίν. ἐμνημόνευσε καὶ ἐρμῆς ἐν τοῖς φυσικῶ-
κοῖς , καὶ σχεδὸν ἅπας λόγος φανερός , καὶ ἀπόκρυφος τοῦτο ἐμνημόνευσε . τοῦτο
ἔν ἔρασειν αἱ ἀρχαῖαι , καὶ δεῖαι γραφαὶ , ὅτι ἄγγελοι ἐπεθύμισαν τῶν γυναικῶν ,
καὶ καθελθόντες ἐδίδαξεν αὐτάς τὰ τῆς φύσεως πάντα τὰ ἔργα . ἐσὶν ἔν αὐτῶν
ἡ πρώτη παράδοσις ΧΗΜΙΑ πρὸς τούτων τῶν τέχνων . ἐκάλεσαν δὲ ταύτην τὴν